



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XXXVII. Quid Patres, & Philosophi de neceßitate præuij concursus quoad
causas naturales senserint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

Caietan.
Ferrar.
tur, & specificatur. quod etiam Caietan. docuit 1. part. quaest. 14. art. & quaest. 19. art. 8. & Ferrar. 1. contra gent. cap. 67. circa rat. 5. ad finem.

Vnde facile intelligitur ad hunc modum determinationis causae 1. à secunda non esse necessarium concursum primum receptum in causa secunda, quia non est determinatio ipsius concursus in actu secundo, (ut dicam,) vel prout iam emanentis à Deo, sed est determinatio quasi in actu primo, & ad rem explicandam dici potest determinatio, quoad sufficientiam, non quoad efficaciam, quae sola promouit ex coniunctione talium duorum agentium ad efficiendam unam, & eandem actionem, ad quam est determinata, & quasi contracta v. r. causa secunda: virtus autem causae primae per se spectata non est limitata ad talem modum actionis, vel concursus; coniuncta verò cum tali causa ad iuuandam illam, consequenter determinatur ad agendum iuxta exigentiam talis causae, & non aliter. Et in hoc sensu, & non in alio loquutus est Caietan., ut declararet, quod licet Deus concurreret cum causa secunda ex necessitate naturae, si supponeretur in homine libertas arbitrii non necessitaret illi ex vi concursus, quia non per se solum ageret, sed simul cum causa secunda, & ideo ab illa determinatur ad talem modum agendi, etiam si nihil in illam prius influeret. Et hoc bene declarat exemplum quod adducit de principio certo de fide, vel eiusdem ac per se noto concurrere cum praemissa probabili ad assensum, ab illa enim determinatur ut tantum influat in assensum probabilem, quae determinatio non est per influxum virtutis praemissae in illam, sed per solam coniunctionem ad eliciendum eundem assensum, in quem non prius influat una praemissa, quam alia, sed utraq; simul mutuo se iuuantes, quia verò sunt inaequales, inferior determinat, & quasi limitat superiorem. Ita ergo seruata proportione intelligendum est in causa prima, & secunda, remotis imperfectionibus, quia causa prima non necessitatur, sicut enim non necessario agit ad extra, ita etiam absolute, non necessario determinatur à causa secunda, sed ipsa voluntarie se determinat illi, quamquā ex hypothese quod non vult sola agere, sed cum tali causa, & iuxta exigentiam naturae eius ad dandum concursum in tali specie, & modo necessario determinetur. Concludimus ergo nullo vero titulo, vel ratione inueniri hanc necessariam primum motionem primae causae receptum in secunda ante actionem eius ac proinde admittendam non esse.

CAPVT XXXVII.

Quid Patres, & Philosophi de necessitate primum concursus quoad causas naturales scripserint.

Quomodo
hic loco
vsurpanda
auctoritas.
PRÆTER auctoritatem Scholasticorum Theologorum, quam supra pro hac sententia retulimus, oportet securitatem eius iuxta Ecclesiasticam auctoritatem, & consensionem eius, cū Philosophica doctrina, praesertim Aristot. declarare. Duo autem in nostra assertionem continentur, vñ est affirmatiuum, scilicet necessarium esse concursum concomitantem in ipsa actione causae secundae, & hoc probare non oportet, quia in eo cōuenimus, quamuis ex his quae dicimus, satis confirmabitur. Aliud est negatiuum, scilicet, praeter concursum simultaneum in effectu, non esse per se necessarium agentibus naturalibus concursum in ipsis receptum, & ab eorum actionibus distinctum, atq; ad illas primum. Hanc igitur solam partem intendimus auctoritate confirmare: non oportet autem, ut negatio illa ex-

pressè, ac formaliter, ut ita dixerim, in Patribus, vel antiquis Philosophis inueniatur, numquā enim in hac questione inciderunt, aut illam subtiliter disputarunt. Satis ergo esse existimamus, quod cum multa de diuina operatione docuerit, quibus concursus simultaneus adstruitur, nunquam alterius concursus primum meminerit neq; illius necessitate nobis indicaret. Hinc enim alio supra tradito principioposito quod illa praemotio si necessaria non est, non datur, credimus assertionem positam Philosophorum, & Patrum imò & S. Script. auctoritate posse non leuiter confirmari, quia in his omnibus solim legimus nihil fieri, aut posse fieri in mundo, & Deus ipse non faciat, & nihil aliud nos docent ut necessarii, vel ad eminentiam, & vniuersalitatem diuinæ causalitatis, vel ad praestandum naturae causis auxilium sufficiens, quo suos conaturales effectus producant. Ergo in ipso facit indicat aliam primum motionem, quae à solo Deo fieri debet, necessariam non esse. Cōsequenter fit valde verisimilis ex dicto principio. Antecedens autem quoad vtramq; partem probamus per dicta tria membra discutendo.

Et primò ex Scriptura ad probandum concursum Dei cum causis secundis, solum habemus illa testimonia, in quibus omnes effectus, & opera causarum secundarum Deo vt nunc operanti, & per se, ac proprie facienti tribuuntur, vt est illud Ierem. 26. Omnia de opera vestra operatus est in nobis Domine, & illud 10. Pauli, & meus vsq; modo operatur, & ego operor, & illud 10. 10. memini in Etenim manus tuae fecerunt me, & plasmaverunt me totum in circuitu, & Pl. 138. Si sum spero pennas meas dilataui, & habitaueram in extremis maris, etenim manus tuae deducunt me, utique mecum cooperando, & clarius Plalm. 146. Qui operit caelum nubibus, & parat terram plantam, qui producit in montibus fenum, & herbam seruatur bonum, & c. Et similia sunt innumera in Scriptura, in quibus ipsamet effectus, & opera causarum secundarum Deo tribuuntur, & per hunc modum explicant cooperationem eius, cum causis secundis in his, quae naturalia sunt, quae simpliciter, & verissime intelliguntur ratione diuini concursus essentialiter imbuti in actione creaturae. Ratione eius possunt ad omnes naturales causas applicari verba Christi, Jo. 15. sine me nihil potestis facere, & verba Pauli ad Philipp. 2. Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere. Ita enim illa D. Thomas applicat lib. 3. contra gent. c. 67. & alia similia. Ergo illa motio primum quoad hos effectus naturalium causarum non habent in Scriptura fundamentum: non est ergo ex vi scripturae necessaria, & consequenter nec asserenda.

Dices, interdum talem effectum tribui Deo excludendo causam secundam, quod non aliter potest esse verum, nisi quia aliquid proprium operanti illi soli tribuitur. Assumptum patet ex illo Ierem. 18. Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel. Apertius 2. Machab. 7. Singulorum membra, non ego vsq; a compedi, & c. Ac denique Actorum 17. dicitur, in ipso viuimus, mouemur, & sumus. vbi particula in ipso indicat primum iam virtutem Dei, per quam viuimus, & operamur. Sed haec nihil ad praesentem causam faciunt, hā in primo testimonio non agitur de concursu Dei cum causis secundis, sed de potestate, quam Deus habet ad affligendos, & subleuandos homines maiori facilitate, quam posset singulus vas à se confectum frangere, & meliorem formam restituere. Vnde post verba allegata subiungit Deus, Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruiam, & disperdam illud, & infra, Ecce ego figo contra vos malum, & c. vbi Hieronymus, & D. Thomas ponderant verbum figo alludere ad parabolam, seu exemplum figuli. Vnde rectè Maldonatus ibi contra hereticos aduertit, non agi ibi de animo, sed de corpore, de morte, & vita, & reb. aduersus, & prosperis de

de captiuitate, & liberatione ab illa. quasi dicat, Ego possum mortificare, deducere ad inferos, & reducere, 1. Reg. 2.

Idem o-
fceditur.

In altero verò testimonio non excluditur actio causæ secundæ, sed tribuitur principaliter Deo, tamquam primo agenti, in cuius virtute, vel mater vel semen patris in formatione hominis operatur, vtrū Lyranus notat: vt enim mater illa Machabgorum mentem filiorum ad Deum erigeret, omnia in eum refert, & illi soli beneficium generationis, & formationis corporis humani tribuit, ad eū scilicet modum, quo Paulus dixit, Non ego, sed gratia Dei mecum, ex quo dixit Gregorius 16. Moral. cap. 16. Deum solum dici esse, quia licet alia res etiam sint, non tamen principaliter sunt, quia in semetipsis minime subsistunt, & nisi gubernantis manu teneantur esse nequaquam possunt. Vnde infra concludit, In omni igitur causa solus ille merendus est, qui principaliter est. Tertium deniq; testimonium potius confirmat discursum factum, nam, vt Aug. dicit lib. 4. de Gen. & liter. c. 12. verbum illud, in quo vivimus, &c. liquidò cogitatum, quantum humana mens valet, adiuvat hanc sententiam, qua credim⁹, & dicimus Deum in his quæ creauit indefinenter operari. Et infra non ob aliud in illo sumus, nisi quia id operatur. Ita ergo in illo agunt causæ secundæ, quia idem Deus agit, & operatur quod ipse.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

Idem o-
fceditur.

tiam per aerem conglobationibus agitur, dum vireta pul-
lulant, suæque semina euoluunt, dum animalia gignuntur,
varioque appetitu proprias vitas agunt, dum iniqui iustos
exercere permittuntur, explicat sacula, qua illuc cum pri-
mum condita sunt tamquam implicita indiderat. Quæ ta-
men in suos cursus non explicarentur, si ea ille qui condidit,
prouido motu administrare cessaret. In his quippe ver-
bis videtur Augustinus præter singulorum effe-
ctuum operationes requirere prouidum mo-
dum, quo Deus causas singulas ad suas operatio-
nes applicet. Et hoc ipsum significauerat lib. 4. cap.
12. dicens, non ita Deum die septimo ab opere
condendi creaturam requiesuisse, vt à celi, & terre,
omniumque rerum quas condiderat gubernatione cessa-
ret, alioqui continuo dilaberentur. Ceteris enim potius
tia, eo omnipotens, atque omnipotentis virtus cau-
sa subsistendi est omni creatura, que virtus ab eis, que
creata sunt regendis, si aliquando cessaret, simul illorum
cessaret species, omnisque natura consideret. In quibus
verbis non solum influxum in ipsi effectibus, sed
etiam speciale regimen causarum, quod non sic si-
ne illarum motione, requirit. Vnde paulo inferius
tractans verba Sapient. 7. Omnibus mobilibus, mobilior
est sapientia, sic ea interpretatur: Eius motus agilior,
celeriorque est omnibus motibus, & subiungit, Satis ap-
paret recte mouentibus hunc ipsum incomparabilem & in-
effabilem, & si possit intelligi stabilem motum suum
rebus eum præbere suauiter disponendi, quo vique sub-
tracto si ab hac operatione cessauerit, eas continuo perituras.
Et lib. 9. cap. 15. multa similia habet, in quibus indi-
care videtur ad exactam Dei prouidentiam præter
operationem ipsorum effectuum necessarium esse
occultam quandam & intimam motionem, que cau-
sas ipsas regat, excitet, & ad operandum applicet. Soluuntur
Verumtamen hi modi loquendi, & similes, qui in & explicat
Patribus de prouidentia Dei agentibus reperiuntur.
tut, nostram probationem non infirmant, sed potius
cōfirmat, solum enim per illa verba docemur, nihil
fieri in vniuerso quod ad eius conseruationem, vel
rerum procreationem conducatur, quod non à Deo
agente, & mouente, sapienterque omnia prouiden-
te fiat. Et hoc egregie confirmat, & indicauit Au-
gustinus illis verbis: Prouido motu Deus administrat ea,
quæ condidit. Vnde considerari debet, aliud esse loqui
de singulis causis secundis simplicibus (vt sic dicam),
prout vnaqueque habet per se sufficientem virtutem
ad agendum suum peculiarem effectum; aliud verò
esse, loqui de toto ordine causarum vniuersi, &
de effectibus, qui ex variis coniunctionibus, aut se-
parationibus earum proueniunt. Quando enim
causa est prioris generis, si supponatur habere alia
requisita ad agendum ex parte materiæ, seu passi, &
nullum habere extrinsecum impedimentum agen-
di, tunc ad effectum sola actio proxima causæ per se
necessaria est, quam à Deo fieri etiam necesse est,
quia nihil in rerum natura esse potest nisi Deus il-
lud operetur: alia autem motio ex parte Dei tunc
necessaria non est, nec Augustinus vilo modo il-
lam indicauit. Quando autem effectus ob pecu-
liarem conditionem, perfectionem, aut varieta-
tem plurium causarum creaturarum concursum re-
quirit, vel quod causæ proximæ aliquid virtutis a-
ctiue addatur, vel suppleatur, tunc necessarius est
aliquis præuius motus, quo vel talis concursus cau-
sarum, vel additio virtutis in aliqua causa fiat, & tunc
etiam necesse est talem motum à Deo fieri, vel cum
aliis causis secundis simul mouentibus, vel interdū
à solo Deo si alia causæ desint. Tum autem cum agit
Deus solus, non operatur propriè concurrendo,
sed vt propria & tota causa suppleto defectum
causæ secundæ, vt in creatione animæ rationalis,
tum autem quasdam causas per alias mouet, & aliq-
uotæ tandem efficiant, tunc illa motio Dei respec-
tu causarum, quæ ad alium effectum præstandum,
vel

7.

Sed instari potest, quia statim in eodem capite
subiungit Augustinus, mouet itaque occulta potentia
vniuersam creaturam, eoque motu illa versata dum An-
geli iussa perscunt, dum circumuehi sidera, dum alter-
nant venti, dum abyssus aquarum lapsibus, & diuersis e-

vel inter se, vel ad passum applicantur, vel in sua virtute confortantur, talis motio fit per influxum primum, & in causam ipsam: tamen ille non est primum concursus, sed primum complementum causae proximae, vel quoad virtutem, & actum primam, vel quoad conditionem requisitam. Unde semper ille motus in his agentibus naturalibus, de quibus nunc tractamus, est vel localis, si tendat ad solam coniunctionem, vel applicationem causarum, vel alterationis si propter aliquod augmentum fiat.

8. De utroque igitur modo operandi cum causis, & in causis secundis loquitur Augustinus, & ideo dicit movere Deum occulta potentia universam creaturam suam: Et ab Angelis incipit, quibus Deus imperat ut calos moveant, & inde oriuntur varij aspectus stellarum, & multiplices influxus, quibus & operatur ceteri creaturis. Ceteri autem ita varij producuntur effectus, qui in prioribus causis virtute continentur, adiuvantem tamen, & administrantem illas Deo, prout motus, id est, necessario, & accommodato effectibus, & causis secundis non supervenientibus, aut naturae cursum impediunt. Nam, ut idem Augustinus dixit lib. 7. de Civitate cap. 30. Sic Deus omnia quae creavit administrat, ut etiam proprios exercere, & agere mota sinat. Et lib. 9. Genes. ad litter. cap. 19. eandem Dei cooperationem cum creaturis eidem ferè modis declarans inter alia dicit. Natura agit interiori motu, nobisque occultissimo, cui tamen si Deus subtrahat operationem intimam, quae eam subintrat, & facit, continuo tanquam extincta nulla remanebit. ubi per operationem intimam nihil aliud intelligit, nisi intimum influxum Dei in omnem rem, ut sit, vel fiat. Ideoque supposita operatione Dei in causam secundam, quae illam conservat, solam operationem in actionem eius ad eundem effectum requirit. Et hoc divina operatio ut ab infinita sapientia, & potenti voluntate procedit, sufficit ad omnes effectus & operationes causarum universi, ut divinae providentiae subsumunt, ut optime describit idem Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 3. & 4. Solent denique allegari Augustinus 5. de Civit. cap. 9. & lib. 8. Genes. ad litter. cap. 20. quod dicat solum Deum agere in motum, creaturas autem aliquid agentes omnes esse mobiles. Augustinus verò non dicit agentia creata indigere primum motu ad agendum, sed solum dicit omnia illa, licet possint alia movere, ipsa etiam esse mobilia, quod verum est, non quia semper indigeat motu propter actionem, sed quia omnes res creatae, siue agant, siue non agant, mutabiles sunt, ut eidem locis de omnibus in Deum Augustinus affirmat.

9. Et iuxta eandem doctrinam accipienda sunt Gregorius verba Gregorij dicto c. 16. lib. 16. Moral. ubi inter explicatur. Nec ea, quae moventur, & non vivunt, suis nutribus ad motum ducuntur, sed ille cuncta movet, qui quaedam vivificat, quaedam verò non vivificat in extremam essentiam mirè ordinans servat. Et infra. Omnia quae creata sunt per se, neque subsistere praevalent, neque moveri, sed in tantum subsistunt, in quantum ut esse debeant, acceperunt. in tantum moventur, in quantum occulto instinctu disponuntur. In quibus verbis licet, priora clara sint (solum enim in eis docet Gregorius, sicut omnia pendere à Deo in esse, ita etiam pendere in motibus eius, nihilominus vox illa, occulto instinctu obscura est, & fautores primum influxus in causam ad illum libenter eam accommodabant, praesertim, quia non de animantibus tantum, sed etiam de inanimatis eam Gregorius intellexit. Paulo enim inferius subdit. Nunquid nam haec, quae inanimata, vel quae vivencia diximus, suis instinctibus, & non magis divinis impulsibus agitantur?

10. Verumtamen longè diversa est Gregorij inten-

tio, & explicat enim ibi peculiarem providentiam, quam Deus circa res insensibiles, & elementares, vel universi in ordine ad hominum vel utilitatem, vel punitionem, propter quos fines interdum Deus occultis impulsibus, & motibus, vel per se, vel per Angelicam creaturam sibi ministrantem ita causas secundas movet, & applicat, sicut ad eosdem fines expedit. Unde per illa verba, occulto instinctu disponuntur, subiungit: Ecce enim peccator flagellandus est deus humanis. Arejcit in eius laboribus terra, concutitur in eius naufragis mare, ignescit in eius sudoribus aer, obvenit contra eum inundationibus colum, mardefcunt in eius oppressibus homines, moventur in eius adversitate Angelicae virtutes. Et ex his subinfert verba superius posita. Nunquid non haec divinis impulsibus agitantur? Illi ergo impulsus non pertinent ad essentialem (ut ita dicam) concursum necessarium in quicunque causae ad agendum, siue primum, siue comitantem, sed pertinet ad praevenientes motiones per quas Deus ordinat causas secundas, & concursus earum ad eius effectus producendos, quos per misericordiam, vel iustitiam ad homines alendos, vel flagellandos efficere disposuit. Unde concludit, Quidquid est itaque quod exterius sentit, per hoc interne movetur, qui hoc interius disponit. Illi autem motus, seu impulsus in hominibus, vel Angelis non sunt nisi primum cogitationes, vel excitationes quae servata proportionem etiam in animantibus brutis motibus ab externis obiectis fieri possunt, ut hoc vel illo modo moveantur, vel operentur, ut in Scriptura habemus exemplum in omnibus quas pascebat Jacob, quae ex apprehensione virgatum varij colores effectum aliquo modo similem in colorum varietate producebant, & in alia Balaam, quae per visionem Angeli sub sensibili aspectu conturbata, & in diversis motus agitata est. In elementis verò, & rebus sensibilibus illi impulsus ordinariè consistunt in motibus localibus aut ab eis incipiunt applicando varias causas efficientes, vel inter se ad invicem efficiendum, vel ad materiam hoc, vel illo modo immutandam, ex qua applicatione postea per alterationem varij effectus generationum, aut corruptionum sequuntur. Et ita omnes illi impulsus pertinent vel ad externam applicationem causarum, vel ad complementum virtutis earum: postquam autem sic completæ, & applicatæ sunt, per solum concursum concomitantem sufficienter, & efficaciter operantur.

Deinde ad eundem modum intelligenda sunt verba quaedam quae habentur in Catechismo Pij V. p. 1. de exposit. symbol. c. 2. de primo eius art. n. 20. quae sic habent. Non solum Deus universa quae sunt, providentia sua tuetur, atque administrat, verum, etiam quae moventur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, ut quavis causarum secundarum efficientiam non impediatur, praeveniat tamen, cum eius occultissima vis ad intima pertineat, & quemadmodum sapiens testatur, attingat à fine usque ad finem fortiter, & suavitè omnia disponat. Quare Apostolo dictum est, cum apud Athenienses annuntiaret Deum, quem ignorantes colabant, non longè est ab unoquoque nostrum, in ipso enim vivimus, movemur, & sumus. quae verba alij authores de illo suo praeiudicio in fluxu omni causae etiam naturali necessariè ad agendum intelligere volunt. Sed incredibile profectò est authores illius libri eum sensum intendisse, quia valde alienum erat à fine, & utilitate Catechismi quæstionem valde metaphysicam, & incertam definire, & Parochis proponere, ut iuxta eam populum instruerent, ac docerent, cum neque communis populus eam intelligere, neque ipsi Parochi eam percipere ordinariè valeant, aut explicare.

Dico ergo in illo loco solum tradi certam & Catho-

Catholicam doctrinam, nimirum diuinam prouidentiam, nec efficientiam causarum secundarum tollere, aut impedire, neque causas secundas subterfugere diuinam operationem, aut motionem, quae illas praeuenit, & ad agendum impellit. quae duo vel iuxta doctrinam datam circa Aug. & Greg. intelligenda sunt, quod eas praeueniat, & impellat, non per generalem concursum à quo earum actio essentialiter pendet, sed per alias motiones, & applicationes quando ad fines intentos per diuinam prouidentiam necessarium est, vel intelligenda sunt generatim, & abstrahendo ab opinionibus, nimirum quod omnes praeuenit, vel dando eis virtutes agendi, & conseruando illas, vel etiam offerendo concursum & auxilium necessarium ex parte sua, & destinata voluntate sua illud quasi preparando, qualecunque illud sit, quando actu datur. Et similiter impellit eas, vel per naturales inclinationes illis inditas, vel per speciales motus superadditos, non semper, sed quando ad virtutem agendi, vel applicationem localem, vel animalem (vt sic dicam,) necessarium est. Et hunc esse debere legitimum illorum verborum sensum praeter rationem supra factam constare potest, tum ex ratione ibi subiuncta, *clameis occultissima vi ad iungenda pertinet*, quae solum improbat omnes motus impulsus, & actiones creaturarum virtute operante diuina terri, non tamen probant neri per concursum praeu, aut concomitantem, tum ex testimoniis scripturae, quae statim allegat, quae nihil aliud probant, nisi quod explicauimus, vt & ex his quae de scriptura diximus, constat.

CAPVT XXXVIII.

Quid de concursu praeu in causis secundis naturalibus. D. Thomas senserit.

Venio ad D. Thomam, sub cuius sola vmbra, & auctoritate prioris sententiae auctores eam defendunt, & inter eos Alvarez dixit sine dubio esse expressam sententiam D. Thomae. Sed sine dubio ita est D. Thomae, sicut Augustini, de quo idem affirmat, non tamen probat, vt notauit. Primum ergo D. Thomas in summa illam sententiam non docuit, sed potius hanc nostram satis aperte indicat, nisi in sensu improprio per vim exponatur. Solent autem in primis allegari D. Thom. 1. part. q. 105. art. 4. & 5. (omitto autem nunc quartum, quia in eo specialiter tractat de voluntate, de qua postea dicturi sumus.) In art. ergo 5. agit de omni causa secunda operante. Ex in corpore ita concludit. *Deum in omnibus int. me operatur.* Et hanc assertionem probat ex Scriptura Iai. 26. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* & Iob. 10. *Pelle & carnibus vestisti me.* quae, vt vidimus, in omni proprietate solum probant concursum cooperantem. Hunc ergo in illa conclusionem intendit D. Thomas. Quia vero in discursu rationis vtitur illis modis loquendi, secundum agens agit in virtute primi, & primum agens mouet secundum ad agendum, & Deus mouet res ad operandum, quasi applicando formam, & virtutes rerum ad operationem. Ideo alij auctores interpretantur omnia haec dici propter praeu influxum in causam; nos autem dicimus ad omnia illa sufficere influxum in causam, dando illi formam, & virtutem operandi, & conseruando illam cum concursu concomitante in effectum, quod quomodo intelligendum sit soluendo argumenta, & alia relictum est eiusdem Doctoris sancti declarando luculentius explicabimus.

Nunc vero quod ad titulum locum attinet, ex illo colligimus, D. Thomam praeter effectiorem, &

conseruationem causae ac permanentis virtutis eiusdem vnam tantum Dei operationem, seu actionem ponere ad generalem eius concursum, & illam esse hanc concomitantem influxum, & per hoc tacite docere alium praeu non esse necessarium, sicut ex aliis testimoniis argumentati sumus. Assumptum declaramus. Primo, quia cum D. Thomas querit, an Deus operetur in omni operante maxime interrogat de operatione per se, & immediate tendente ad eundem effectum causa secunda, hoc enim est, quod ad fidei doctrinam pertinet, & contra hoc tendunt omnia argumenta, quae D. Thomas proponit, & occasione quaestionis hoc sensu intellectae ortus fuit error, quem in corpore articuli refert. Cum ergo in principio articuli, ex eo, quod omnia agunt in virtute Dei, & quod primum agens mouet secundum ad agendum, inter. *Et utique (vtique virtus Dei) est causa omnium virtutum agentium.* Intelligi plane de causa per se, & immediate efficiente, seu efficiente ipsam actionem secundarum agentium; ergo in illis principis, quae alium, non loquitur de virtute, vel motione praeu in causam, sed loquitur de virtute intrinseca, & increata ipsius primi agentis, in cuius virtute caetera agunt, & de motione intima, quae secundum agens per concursum in eius actione imbitum ad agendum iuuat. Nam si illa propositio intelligitur de motione praeu prima causa recepta in secunda, non inferretur ex ea per locum intrinsecum immediatus influxus Dei in actionem creaturae, sed ad summum mediantem illa motione indita ipsi causa secunda. Melius ergo intelligitur illud principium de motione adiuuante concomitante, & simultanea, & imbita in actione causa secunda.

Idem sumi potest ex altera ratione quam subdit, quia Deus est causa vniuersalisima totius esse, & ideo intus operatur in omnibus, haec enim ratio de consensu concomitante, concludit non de alio. Estque considerandum D. Thomam vnam tantum ponere assertionem, & ad eam probandam, & explicandam omnes rationes dirigere, & variis modis loquendi vt, non quia existimauerit quociescunque Deus operatur cum causis secundis, duas semper actiones, seu motiones, aut concursus eis tribuere, (nunquam enim hoc ita declarauit,) sed vt doceret concursum Dei etiam in ipsa actione causa secunda imbitur, esse altioris ordinis & perfectionis, & omni ex vniuersalisima virtute causa cui subordinatur, non vero e contrario. Cum ergo D. Thomas duplicem illam actionem Dei numquam declarauerit, verisimile non est tam confusae, & obsecurae, & sine speciali probatione illas tradidisse, vbi rem ex professo, & quasi in ultimo testamento disponebat, ac disputabat. Cuius etiam argumentum nihil est, quia nihil contra duplicem concursum in argumentis obiecit, sed contra vnum tantum, & in solutionibus defendendo vnum concursum comitantem putat se omnibus difficultatibus sufficienter satisfecisse. De nullo enim alio in solutionibus loquitur, & quae in eistradit hunc sensum confirmat, vt breuiter per illas discurrendo declarabo, ac secunda incipiendo, quia in illa res est clarior.

In solutione ergo ad secundum expressè dicit concursum causae primae & secundae esse vnam & eandem actionem prout procedit à primo, & secundo agente, quae cum sint diuersi ordinis possunt esse principia eiusdem actionis. Item colligitur ex solutionibus ad 1. si consideretur argumentum quod de immediata actione ipsius effectus procedebat, quia si talis actio est à Deo, superflua esset actio causa secundae, cum actio Dei sufficiens semper existat, quod necesse est intelligi de actione per se, & immediata, alias conditionalis propositio impertinens esset, & falsa. Respondet autem D. Thomas Deu qui-

dem